



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

XVI. De Photiniacis, vel Paulianistis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

432 LEO P.I. CONCILIVM VALENTIN. MARCIANVS IMPER.

nitentes habeantur a communione suspensi.

XII.

De his qui in poenitentia positi vita excesserunt,
placuit nullum communione vacuum debere di-
mitti ; sed pro eo quod honorauit poenitentiam,
oblatio illius suscipiatur.

XIII.

Nullus cuiuscumque ordinis clericus, non dia-
conus, non presbyter, non episcopus, quacum-
que occasione faciente, propriam relinquat ecclae-
siam : sed omnimodis aut excommunicetur, aut
redire cogatur. Quod si aliquo commorationis
tempore, inuito episcopo suo, in aliena ecclesia
habitans, ab episcopo loci clericus fuerit ordina-
tus, huiusmodi ordinatio irrita habeatur.

XIV.

Si quis clericus pecuniam dederit ad usuram,
aut conductor alienæ rei voluerit esse, aut turpis
lucri gratia genus aliquid negotiationis exercuerit,
depositus a clero, a communione alienus fiat.

XV.

In secretario diacono inter presbyteros sedere
non liceat, vel corpus Christi præsente presbytero
tradere non præsumat. Quod si fecerit, ab offi-
cio diaconatus abscedat.

XVI.

Photiniacos, siue Paulianistas, secundum pa-
trum statuta baptizari oportere.

XVII.

Bonosiacos autem ex eodem errore venientes,
quos sicut Arianos baptizari in Trinitate manife-
stum